gau. lijs felicem aſſocietatem
ipſo preſtante. Qui viuit et
regnat deus in ſecula ſeculo
rum amen.

## Alia oratio.

O Ueneranda trinitas:
et admiranda vnitas
pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus.
lux vera. luxq̄ btā. humanis
ſenſibus incōprehenſa. Tu
cōcede mihi corde natū ex pa
rentis. aluum implentē vir/
ginis. lumē ſanctū illuceſcēs
cecis hoſtiā dignā beatū cor
pus ieſu chriſti ſaluatoris no
ſtri mundo palato cordis et
oris deguſtare. liceatq̄ mihi
ex diuina gratia oſculari ⁊ am
plecti dulciſſimum amatorē
meum modo vinis fidei et
dilectionis. tandē autē hac
corruptibilitate remota libe/
re comprehendam prenobilē
coheredem meum vna cum
angelis et ſanctarū virginum
choris per quē cognoſcam ex
tunc trinitatem veraq̄ vni/
tatem perfecte laudādo in ſe
cula ſeculorum amen.

## Sequit iubilꝰ ſancti bernardi multum deuotꝰ Qui etiam dici poteſt poſt ſanctam communionem.

IEſu dulcis mēoria dās
vera cordis gaudia. Sꝫ
ſup mel et omnia eiꝰ dulcis
preſentia. Nil canitur ſuauiꝰ
auditur nil iocundiꝰ. Nil co/
gitatur dulciꝰ. q̄ ieſus dei fi
lius. Jeſus dulcedo cordiū.
fons viuus. lumen mentiū:
excedens omne gaudium et
omē deſiderium. Jeſus ſpes
penitentibus. q̄ pius es pe/
tentibus. q̄ bonus es querē
tibus. ſed quid inuenientibꝰ.
Nec lingua valet dicere. nec
littera exprimere. expertꝰ no/
uit cernere. quid ſit ieſum di
ligere. Jeſum queram in le/
ctulo clauſo. cordis cubiculo
priuatim. et in publico que/
ram amore ſedulo. cum ma/
ria diluculo. Jeſum queram
in tumulo. Clamore cordis
querulo. Mente queram
non oculo. Tumbam per/
fundam fletibus. locum re/
plens gemitibus. Jeſu pro/
uoluar pedibus. ipſum ha/
bens amplexibus. Jeſu tu
rex amabilis. dulcedo ineffa/
bilis. ⁊ triumphator nobilis
totꝰ deſiderabilis. Mane no
biſcū dn̄e. mane nouo cū cul/
mine. pulſa noctꝫ caligīe mē/
tē replens dulcedine. Jeſus

amoꝛ dulciſſimus ⁊ vere ſua
uiſſimus. plus millies gra-
tiſſim⁹ ꝙ dicere ſufficimus
Experti recognoſcite amorē
pium poſcite ieſum ardēter.
querite querendo inardeſcite
Jeſus auctoꝛ clemētie toti⁹
ſpes leticie. dulcoꝛis fons et
gratie. vere coꝛdis delicie. Cū
digne loqui nequeā. de te tū
non ſileam. amoꝛ facit vt au
deam cū de te ſolo gaudeam.
Tua ieſu dilectio. grata mē-
tis refectio. replens ſine faſti
dio. dans famem deſiderio.
Qui guſtant te eſuriunt. qui
bibūt adhuc ſitiūt. deſidera-
re nequeūt. niſi ieſum quem
diligunt. Quem tuus amoꝛ
ebꝛiat nouit. quid ieſus ſapi
at felix guſtus quē ſatiat. non
eſt vltra quod cupiat. Jeſus
decus angelicū. in aure dul
ce canticū. in oꝛe mel mirifi-
cū. in coꝛde nectar celicū. De
ſidero te millies mi ieſu quā
do venies. me quando letuʒ
facies. de te me quādo ſaties
Amoꝛ tuus cōtinuus. mihi
languoꝛ aſſiduus. mihi ihs
mellifluus. fructus vite ꝑpe-
tuus. Jeſu ſumma benigni-
tas. mira coꝛdis iocunditas
incompꝛehenſa bonitas. tua
me ſtringit caritas. Bonum
mihi diligere ieſum. nil vltra
querere mihi pꝛoꝛſus defice-
re vt queā illi viuere. O ieſu
mi dulciſſime. ſpes ſuſpiran
tis. aīe te querūt pie lachꝛime
et clamoꝛ mētis ītime. Quo
cūꝗ loco fuero ieſum mecū
deſidero. ꝗ̄ letus cū inuenero
ꝗ̄ felix cū tenuero. Tūc am
plexus tūc oſcula. quem vin
cūt mellis pocula. ſʒ in his
parua moꝛula. ieſum ſequar
ꝑ ſecula. Jā qđ ꝗ̄ſiui video:
qđ cōcupiui teneo. amoꝛe ie-
ſu langueo. ⁊ coꝛde tot⁹ ardeo
Hic amoꝛ ardet iugiter. dul
ceſcit mirabiliter. ſapit dele-
ctabiliter delectat ⁊ feliciter.
hic amoꝛ miſſus celit⁹. heret
mihi medullit⁹. mentē accē-
dit penit⁹. hic delectat ſpūs:
O beatū incēdiū. o ardens
deſideriū. o dulce refrigeriū.
amare dei filiū. Jeſus cū ſic
diligit. hic amoꝛ nō extinguit
ne. tepeſcit nec moꝛitur pluſ
creſcit cū accēditur. Jeſ⁹ flos
mr̄is ꝟginis. amoꝛ nr̄e dulce
dinis. tibi laus. honoꝛ nu-
minis regnū btitudis. Veni
veni rex optie. pr̄ immēſe glo
rie. effulge clare letius. iam
expectatus ſepi⁹. Jeſus ſole

ſerenior et balſamo ſuauior.
omni dulcore dulcior. p̄ cūctis
amabilior. Cui⁹ amor ſicaf-
ficit. odorq́ ſic me reficit in
quem mens mea deficit. ſo-
lus amanti ſufficit. Tu men
tis delectatio amoris cõſum
matio. tu mea gloriatio ieſu
mundi ſaluatio. Mi dilecte
reuertere conſors paterne de
xtere hoſtē viciſti, pſpere eam
celi regno fruere. Sequar q̄
cunq́ ieris mihi tolli nõ po
teris. cū meū cor abſtuleris
ieſu laus noſtri generis. Ce
li ciues occurrite portas ve-
ſtras attollite. triūphatori di
cite. ſalue ieſu rex inclite. Rex
virtutū rex glorie. rex inſignis
victore. Jeſu largitor gratie
honor celeſtis curie. Te celi
chorus p̄dicat. ⁊ tuas laudes
replicat. ieſus orbē letificat ⁊
nos deo pacificat. Jeſus in
pace imperat. et oēm ſenſum
ſuperat. hūc mea mens deſi-
derat. et eo frui properat. Je-
ſus ad patrē rediit celeſte re-
gnū ſubiit. cor meū a me trā
ſiit. ſimul poſt eū abiit. Quē
pſeq̄mur laudib⁹ hymnis vo
tis ⁊ p̄cib⁹. vt nos donet ce-
leſtib⁹. cū ipſo frui ſedibus.
Amen.

Itē alia orō ad ſan
ctā cõionē dicēda: p̄mū de
Ogo te ieſu deuota.
xp̄e fili dei p gloriam
tue ſanctiſſime paſſionis vt
hodie introducas aīam meā
in cellā tue dulciſſime dilectõ
nis. Et oīa impedimenta
eiiciens. fac me intereſſe gau-
dio et ſilentio mutue coniun
ctionis. vt cū plena caritate
poſſim perfrui dulcedine tue
optate cõſolatiõis. Veni pr̄
orphanorꝫ fideliſſime. Veni
cõſolator oīm miſerorꝫ dulciſ
ſime. propina mihi talē potū
de cellariis vulnerū tuorum
per quē omnia viſcera mea
ſentiā te immemorē eſſe om
nium delictorū meorum. Ro
go te dn̄e ieſu chriſte per ſan-
guinem tuū p̄cioſum quē tu
voluntarie fudiſti in cruce in
tua paſſione vt hodie perfun
das cor meum ⁊ anima mea
tua ſancta benedictiõe. et fa-
cias me corpus tuū ſanctiſſi
mū et ſanguinē tuū p̄cioſiſſi
mū pcipe cū tali deuotione.
vt eternaliter merear gaude-
re in tui dulciſſimi vult⁹ con
tēplatõe. Veni fons miſcdie
veni ꝯſolator optime. mūda

hoſpitiū aīe mee. Nō eni fas
eſt ibi aliqd immūdicie eſſe
vbi tu regnatur⁹ es rex ꝛ ſpō
ſus virginalis pudicicie. Fi
lie hierl'm nūciate dilecto qꝛ
oīm pctōꝝ meoꝝ emēdatio
nē iā ſpōdeo. ꝑpetrationē to
to corde meo emēdare deſide
ro. qꝛ ſine illo nullaten⁹ viue
re volo nec valeo. Rogo te
dn̄e ieſu xp̄e ꝑ qnqꝫ vulnera
tua vt hodie digneris aīam
meā lauare ꝛ dealbare in vn
da tui ſctiſſimi ſanguis. vt li
cet non ſim dign⁹ vocari vn⁹
de tuis minimis. tu tn̄ tā po
tēs es et tā miſericors ꝙ me
aſcribere tuis caris ꝛ dilectis
poſſis. Veni amicoꝝ fidelis
amice. veni dulcis conuiua
pctōꝝ penitētiū. Fac animā
meā epulari in azimis vulne
rū ꝛ mēbroꝝ tuoꝝ foraminī
bus. vt eternaliter merear lu
cere et gaudere in conſpectu
oculoꝝ tuoꝝ. Rogo te dn̄e ie
ſu xp̄e ꝑ ſctiſſimas cicatrices
corporis tui vt cito venias ꝛ
dirūpas oīm pctōꝝ meorum
vincula. et extinguas hodie
mea vitia. vt nec ſcintillam
vnī⁹ delicti poſſit mihi i meo
fine obijcere dyabolica mali
cia. Veni medicina aīaꝝ. ve
ni piſcina oīm gratiaꝝ. Et ſi
cut in paſcali nocte tuos ca
ptiuos eduxiſti de locꝭ pena
rū. ita libera hodie aīam me
am de vinculis ꝛ nexibꝫ oīm
miſeriaꝝ. Filie hierl'm nūcia
te dilecto qꝛ thalamū cordis
mei iā ꝑparo. et quia ſine illo
nullaten⁹ viuere volo nec va
leo. Rogo te dn̄e ieſu xp̄e per
tui ſanctiſſimi paſſionem vt
hodie ſuꝑ cādelabrū aīe mee
ponas tui dulciſſimi corporꝭ
cādelā vt accēdat tui ꝑcioſiſ
ſimi ſanguis flāmā. vt ſicut
quondā tuis ſctiſſimis ma
nibꝫ nō deſpexiſti tāgere ꝛ ſa
nare immūdiſſimā leprā. ita
nō deſeras oībꝫ virtutibus ꝛ
mēbris ꝑūgere ꝛ ſanare vul
neratā aīam meā. Veni re
fugiū paupeꝝ. veni vnica ſa
lus mea et perfice me cordis
deſideriū. Tibi eni letus ſpeſ
ſum oſtēdere acerbitatē vul
nerū meoꝝ. quia tu ipſe ſenſi
ſti ꝛ ſuſtinuiſti dolorē ꝛ ama
ritudinē vulneꝝ. Rogo te do
mine ieſu xp̄e ꝑ gloriam tue
paſſiōis. vt accēdas in corde
meo ignē tue dilectiōis. ꝛ nō
ſinas me ſeparari de gaudio
tue contēplatiōis. qꝛ magis
optas vitā ꝙ mortē pctōꝝ.

Veni mūdi gloria. veni celorū gaudiū. qr tibi apta ē cordis mei ianua. Ecce expectāt et desiderāt te omīa viſcera mea. qr tota ſalus ⁊ vita mea pēdet in tua miſcdia. Rogo te dñe ieſu chriſte per vulnera que ꝑtuliſti in tuis ſanctiſſimis manibus vt hodie dignetis animam meā mūdare de omnium vitiorū ſordibus ⁊ digneris reſpergere omnium virtutū floribus ⁊ folijs vt tu rex regum in ea m igrediens talem odorem ſentias qui eternaliter redoleat i tuis gaudijs et deſiderijs. Veni ſol iuſticie. veni ſtella matutina illumina tenebras anime mee. tu qui ſolus potes iuſtū et ſanctum de peccatore facere. qr tibi nihil eſt impoſſibile. qm ⁊ omnes preſumentes de te poſſunt ſaluari. et in te ſperantes nunq̄ vis derelinquere. Rogo te domine ieſu chriſte ꝑ vulnera et ꝑ veſtigia pedū tuorum vt dū hodie adſuſpi andū aperiam cor meū. tu aperias mihi tui iocūdiſſimi cordis paradiſuz ⁊ celū ⁊ facias ſic anīam meam intrare in te dulciſſ muz ieſum: vt in tuo dulciſſimo amore floreat et creſcat. et ꝑmaneat nūc et in euū. Veni illuminator cordiū ⁊ illumina aīam meā. veni ⁊ reſtitue mihi oēm tuā gratiā. vt tibi poſſim ſecuri⁹ enarrare meā miſeriā q̄ nō memin⁹ diligis q̄ tuā carnē ⁊ tuā ꝓpriā aīam Filie hierl'm nūciate dilecto qr amore ei⁹ langueo. et nullaten⁹ ſine illo volo nec valeo Rogo te dñe ieſu xp̄e ꝑ vulnus tui ſanctiſſimi lateris; vt hodie ponas in cor meū tui ꝓcioſiſſimi ſanguinis corporis ſcalā. et facias aīam meā ꝑ ipam aſcēdere cū ſctis angelis. vt poſſit miſcdiaꝫ tuā inuenire et q̄rere i ſingul'ar ticulis mēbrorꝫ tuorꝫ. Veni et mi ſolis radi⁹. veni redemptor me⁹ ⁊ liba me de oībus tribulatiōibꝫ meis. Ecce eni ſū deſpect⁹ et ꝓiect⁹ ab oībꝫ cordibꝫ ⁊ tibi ſū ſoli derelict⁹ qr tu me nūq̄ deſpexiſti ſed ſp dilexiſti totis medullis et viſceribꝫ. Filie hierl'm nūciate dilecto. qr morā aduēt' ei⁹ diuti⁹ ferre nequeo. et qr ſine illo viuer nolo nec valeo. Rogo te dñe ieſu xp̄e ꝑ guttas ſanguinis tui vt hodie ꝓducas d corde meo ⁊ ocul' meis

fontē lachrimaꝝ et penítētie
et emūdes aiam meā ab oī-
bus pctis et miſerijs. et faci-
as me nūc et ſemꝑ. et in hora
mortis tā mūdū ꝛ decoꝝ ap
parere corā te ſicut fui añ con
firmatione mūdi. ꝛ in tua vo
luntate ſemꝑ ꝑſeuerare. Ve
ni lux ꝑhēnis. veni abyſſus
dulcedinis. qꝛ nullū in te ſpe
rātē ſpernis nec repellis. Ec
ce iā tēpus eſt vt aiam meam
corones virtutū ornamentis.
qꝛ hodie feſta leticie celebra-
bit in tuis vulneribꝫ ꝛ ī tuis
membris. Rogo te dñe ieſu
xp̄e per amariſſimas lachri-
mas tuas q̇bꝰ ꝑfundebaris
ꝑ mea ſalute vt facias me ho
die tibi propinare omnē de-
uotionē ꝛ caritatē quā ī tuo
eterno deſiderio ſitiuit tuus
eternꝰ affectꝰ. et inuoluas in
ſyndonē aie mee tuū p̄cioſiſ-
ſimū corpꝰ. qđ de ỽginali vte
ro ꝑ me aſſumpſiſti. et laua
aīam meā in tuo ſanguīe. et
extingue oīa pctā q̄ in cruce
amariſſime defleuiſti. Veni
electꝰ ex milibꝫ. veni decor ꝛ
decꝰ ꝛ honor p̄rne gl̄ie q̇ mi-
hi p̄ cūctis es ꝓpicꝰ ꝛ ꝓximꝰ
Non eni decet vt mihi tuaꝫ
conſolationē diutius ſubtra-
has. quia aīa mea quā dili
gis impugnat demonū arti
bus. iō aduentū tuū toto cor
de deſiderat. Rogo te dñe ie-
ſu xp̄e ꝑ oēs dolores ꝛ affli-
ctiones q̄s ſuſtinuiſti in tua
humanitate trigintatribꝰ an
nis vt tuā ineffabilē miſeri-
cordiā ꝛ meā multipharíam
miſeriā in ſtatera digneꝛ pō
derare. Et q̈ntū vides tuam
bonitatē meā maliciā mēſu
ra ꝛ grauitate ſuꝑaret̄m ſtu-
de tuā ineffabilē gl̄iam ꝛ mi
ſericordiā in me miſero pctō
re eternalit̄ magnificare. Ve
ni virtutū ſeminator. veni to
tius ſalutis ꝛ ſuauitatis re-
parator. Ecce aīa mea quā
diligis infirmatur et nō po-
teſt cōualeſcere niſi tu ſis eiꝰ
fidelis medicus. quē toto de
ſiderio querit et poſtulat. qꝛ
morā tui aduētus diutiꝰ fer
re non poteſt. Filie hieruſalē
nunciate dilecto quia multū
deſidero vt animā meā con-
ſoletur ſui proprij oris collo-
quio. quia ſine illo nullate-
nus viuere volo: nec valeo.
Rogo te domine ieſu chriſte
per tuam paſchalem victori-
am. vt ſicut tu pendēs in cru
ce nullam tui ſanguinis ī te

tenuiſti guttā. Ita hodie nul
lius ꝑmittas in me ꝑmane-
re pcti maculā. ſed facias me
corpꝰ et ſanguinē tuū precio
ſum ita ſumere vt ꝑ ipm me
rear ꝓficere de gratia in grati
am. vt in tua viſione merear
aſcēdere de gloria in gloriaꝫ.
Ueni vera mūdi ſalus. veni
virginis filiꝰ ⁊ virginū coro-
na. impone languēti aīe mee
tuas paternas manꝰ ⁊ ſctās.
Quis enī pōt mihi ita pr̄ne
et miſericorditer cōpati. vel
q̇s eſt ad oēm ſalutē meā ita
paratꝰ ſicut tu q̇ cūctis ama-
ritudinibꝫ ꝓ me es inebriatꝰ.
Ideo multū deſiderat miſe-
ra aīa mea vt oſculetur ꝓprīj
oris tui oſclo dulciſſimo. Ro
go te dn̄e ieſu xp̄e dulciſſime
ꝑ tuā glorioſam reſurrectiōeꝫ
vt hodie extinguas in corde
meo oēm nocuā ⁊ malā dile-
ctionē. et nō ſinas me hic ha
bere vllā terrenā cōſolationē
vt in tuo amore dulciſſimo
poſſim habere plenā leticiaꝫ
et aſſiduā dilectionē. Ueni
amoris ſagitta. veni laus et
gloria celeſtis palatij. Ueni
cuiꝰ viſceribꝫ mea memoria
eſt inſcripta. Quis dignius
vel fidelius delebit oīa mea
delicta q̄ꝫ tu cui ſola aīa mea
ē derelicta. iō mltū ex toto cor
de meo deſiderat aīa mea. vt
ꝓprij oris tui colloquio cōſole
tur dulciſſimo. O ieſu ama
bilis. o laude plus laudabilis.
o gaudiū mellifluū. o amor
cordis irriguus. totꝰ deſide-
rabilis frui. fac me tui dul-
cedine ieſu hic ⁊ in eterna bea
titudine per infinita ſeculorū
ſecula Amen.

## Orō poſt ſanctā cō

Benedictus cōmunionē:

Benedictus es potētiſſime dn̄e Ieſu
xp̄e rex eterne glorie. ꝓmiſſor
et largitor ſempiterne btitu-
dinis. q̇ me de vtero matris
mee cū integris mēbris ⁊ ſen
ſibꝫ conduxiſti. et hodie de oī
bus membris ⁊ vulneribus
tui ſanctiſſimi corporis no-
uam et ſingularē gratiā mihi
dulciter et largiter infudiſti.
Benedictꝰ es ſanctiſſime de
us qui me ad imaginē ⁊ ſilit-
tudinē tuā creaſti. omnibus
virtutibus decoraſti: et ho-
die ꝑ corpus et ſanguinē tuū
decore imaginis tue miſeri-
corditer illuſtraſti ⁊ oēs vir-
tutes tuas in me miſerabili
us reſcripſiſti et reformaſti.

Benedictus es clementiſſi-
me de⁹ q̄ me in lauacro ba-
ptizās tibi celeſti ſponſo de-
ſpōſare voluiſti. et hodie cor
pus ꝛ ſanguinē tuū ad donū
noue deſpōſatiōis ꝛ cōſūma
tionē legittime tue dilectiōis
cōtuliſti. Bn̄dict⁹ es largiſ-
ſime de⁹ q̄ ab infātia mea vſ
q̄ in hāc horā innūerabilia
bn̄ficia ꝛ inexplicabilia dona
mihi cōtuliſti. et hodie corp⁹
et ſanguinē tuū mihi ad au-
gmētū ꝛ cōſolationē oīm do
noꝝ ꝛ bn̄ficioꝝ tuoꝝ tradidi-
ſti. Bn̄dict⁹ es mitiſſime de
us q̄ in omī fidelitate mea et
in oib⁹ pctīs meis pacienter
tolerādo vſq̄ in hāc horā vi-
tā meā diſtuliſti. et in hac fe
liciſſima hora ꝑ corpus ꝛ ſan
guinē tuū oīa pctā mea obli-
uioni ꝑpetue tradidiſti. ꝛ me
in memoriā tui cordis feliciſ-
ſimi. et in oīa viſcera miſcdie
tue feliciter deſcripſiſti. Bn̄
dict⁹ es nobiliſſime de⁹ q̄ me
a multis pctīs ꝛ miſerijs cu-
ſtodiſti. et de illis in q̄s inci-
derā miſcditer liberaſti. ꝛ ho
die ꝑ corp⁹ et ſanguinē tuū
oēm dānationē meā ꝛ ſalua
tionē miſcditer ꝯuertiſti Be
nedict⁹ es donatiſſime de⁹ q̄
me a vanitate ſeculi. et de cō
ſolatiōe oīm parētū meoꝝ
eduxiſti. et hodie ꝑ corp⁹ ꝛ ſā
guinē tuū ſatiaſti. ꝛ ſctōꝝ tuo
rū amicicie miſcditer cōiun-
xiſti. Bn̄dict⁹ es pijſſime de
us q̄ mihi in omī tēptatiōe ꝛ
tribulatiōe pia cōſolatiōe ſēp
aſtitiſti. et oīa deſideria mea
et oēs labores meos tuo pñ i
tuis vulnerib⁹ oñdiſti et ob
tuliſti. et p̄cioſo corpore ꝛ ſan
guine tuo miſcditer me ſatia
ſti. eternā q̄ mercedē ꝛ cōſo-
lationē mihi cōparaſti ꝛ acq̄
ſiſti. Bn̄dicat te clementiſſi
ma. pijſſima. miſericordiſſima
et dulciſſima mr̄ tua ꝟgo ma
ria. q̄ ipm corp⁹ et ſanguinē
qd̄ de ſuo vtero ꝟginali ſuſ-
cepiſti. mihi hodie ad eternū
remediū cōtuliſti. et ꝑ ipſum
me cōſortē ꝛ cōciuē oīm ſctō
rū tuoꝝ feciſti. Bn̄dicant te
oēs angeli. archāgeli. throni.
ꝑncipat⁹. dn̄atiōes. ptātes. ꝟ
tutes. cherubin. ſeraphin. et
oēs ſancti tui q̄ ipſis nouum
gaudiū ꝛ dulce conuiuiū de
mea ſalute feciſti. Et te eter-
ne vite ſpeculū in q̄ oī hora
oēs ſcti deſiderāt ꝑſpicere cū
omī fidelitate tua hodie deſi
derio meo tribuiſti. Benedi

cāt te oēs ſcti p̄riarche ⁊ ꝓphe
tui. ꝙ tu creator celi ⁊ terre i
āguſtia cordis mei hodie ꝯpe
ſcere voluiſti. et oia interiora
mea rore tue largiſſime bn̄di
ctiōis copioſe ꝑfudiſti. Bn̄-
dicāt te oēs ſcti apl'i ⁊ euāge
liſte tui ꝙ hodie cū aīa mea
cenare voluiſti. et dulcē man
ſionē apud me faciēs vſq; in
finē vite mee mecū ꝑmanere
diſpoſuiſti. Bn̄dicāt te oēs
ſcti martyres ⁊ cōfeſſores tui
ꝙ meā miſerā aīaꝫ i amplex⁹
p̄rne miſcdie tue hodie ſuſce
piſti ſtolā. ānulū ⁊ oia ornam̄
ta ꝟtutū de tua miſcdia mihi
cōtuliſti ⁊ reddidiſti. B n̄di
cāt te oēs ſctē ꝟgies tue ꝙ vir
gineū corp⁹ tuū tāq; roſā in
aiam meā plātare voluiſti. ⁊
eā flores ꝟtutū ⁊ fruct⁹ grā
tiū de tuis mēbris ⁊ vulneri
bus carpere colligere voluiſti
et feciſti. Bn̄dicat te multi-
tudo cōtinētiū. viduaꝝ et pe-
nitētiū. ꝙ tu languētiū medi
cus benigniſſime cū oī miſe
ricordia tua hoſpitiū mei cor
dis introiſti: et oia vulnera aīe
mee medicamēto corporis ⁊
ſanguis tui hodie ꝑungendo
eterne ſaluti tue reſtituiſti.
Bn̄dicāt te celi ⁊ ois laus
et iubil⁹ celoꝝ ꝙ hodie miſere
aie mee celos vulneꝝ tuorū
aperuiſti. et eā in te veꝝ pa-
radiſū ſempiterne iocūditatꝭ
et felicitatis introduxiſti. Bn̄
dicat te terra terrarūq; pleni
tudo. ꝙ me hodie de hoīe an
gelū. de terra celū feciſti. veꝝ
tu ſolus dignat⁹ es mihi do
minari. et mihi miſereri. qꝛ
tuo precioſo ſanguine me re-
demiſti. Benedicat te mare
et omnia que in eo ſūt ꝙ vir
tutem gratiarū et omniū bo
norum in te participem me
feciſti. et ꝙ nunq̄ potes aut
vis derelinquere. quia vincu
lo corporis ⁊ ſanguinis tui i
diuiſibiliter me tibi hodie cō
nexiſti. et omnia bona mihi
cōfers ⁊ nunciaſti. Ecce ani
ma mea hodie in thalamo
amoris tui virgineo flori ſo-
ciata. Rogo te ꝑ quinq; vul-
nera tua. per ſanguinē. ꝑ ſu-
dorem. ꝑ anguſtias. ꝑ lachri-
mas. per omnes afflictōnes
et dolores cordis ⁊ corpis tui
per ſanctam paſſionem tu-
am. et amariſſimam mortē
tuam. vt animam meam et
omnia viſcera mea tua bene-
dictione ⁊ tua dulciſſima di
lectiōe perfundas ⁊ repleas

et vſq; in finē vite mee mecū pmanēdo cōſerues illā grāz et illā mūdiciā quā mihi cō/tulit et reſtituit tua incōpre/henſibilis bonitas. Et nunc deprecor te o dulciſſime ieſu vt fructuoſum in me facias tuū aduētū. et liberes me in hac hora et in oibus diebꝰ vite mee de omī nocibili tēptatione. et tibi connectes me et omīa opa mea ⁊ deſideria vt nūq; poſſum ſeparari de tua miſcōia et de tua dulciſſima dilectiōe. et clariſſima viſiōe pulcerrimi vultus tui vt me rear i te florere ⁊ regnare nūc et imperpetuum amen.

## Itē orō poſt ſanctam communionem.

Eya nūc oro dulciſſime deus vt hoc dulciſſimū ſacrm ſit mihi oim pctōꝝ meoꝝ efficaciſſimū medicamētū. ſit mihi cariſſime deꝰ h̄ dulciſſimū ſacramētū ois virtutis ⁊ gratie virtuoſiſſimū cōplemētū. Sit mihi benigniſſime deꝰ hoc ſuauiſſimū ſacrm tā in vita q̄ȝ in morte cōtra oīa picula validiſſimū ſuſtētamētū. Mi dn̄e deꝰ te deprecor p ſanctā eucharistiā vt a peccatis mūdatꝰ. meritis fecundatus. fine bono cōſummatꝰ tecū ſim fine beatus. Deprecor te amātiſſime ieſu p omībus mihi ꝯfeſſiſ. p oibꝰ familiaribꝰ ⁊ pro oibꝰ bn̄factoribꝰ meis. vt p adiutricē huiꝰ ſacramēti virtutē adiuues ⁊ dirigas eos ad eternā ſalutem Deprecor te mi dn̄e ieſu xp̄e p omībus mihi in orōnibus cōmiſſis vt p cōfirmatricē huiꝰ ſacramēti ꝟtutē confirmes et munias eos ad eternā ſalutē. Deprecor te benigniſſime deꝰ pro pctōribꝰ vniuerſis vt p reparatricē huius ſacramēti in ꝟtutē repares ⁊ cōfirmes eos ad eternā ſalutem. Deprecor te mi dn̄e ieſu chriſte pro omībus fidelibus defunctis vt per liberatricē huius ſacramēti virtutē liberes eos et pducas eos ad eternam ſalutem Amen.

## Itē poſt cōionē ſāctam immediate dicenda.

Anima chriſti ſanctifica me: Corpꝰ xp̄i ſalua me Sanguis chriſti inebria me. Aqua lateris chriſti laua me: Paſſio chriſti conforta me. Bone ieſu exaudi me. In vulneribꝰ tuis abſcōdi me. Ab hoſte maligno defende me

In hora mortꝫ mee voca me. ꝓtege me. pone me iuxta te. vt cū ſanctis angelis tuis in ſecula ſeculoꝝ laudē te amē.

¶ Poſtmodū dicil-lam: Hec ſunt conuiuia. q̄ ſuperiꝰ ponit. ⁊ ꝑñter alias ad placitū. Et notādū ꝙ q̄cūq̄ deuote dixerit orōnē illā habebit tria milia dieꝝ indulgētiarū criminaliū pctōꝝ. et viginti milia dieꝝ venialiuꝫ a dño Johāne pape. xxij.

¶ Itē alia orō ante ſanctā cōiōnē dicēda quādo ſtatim vis cōicare.

Domine deus meꝰ non ſum dignus vt intres ſubtectū meū. ſed confiſus de tua pietate ⁊ clemētia. Accedo ad ſacrm̄ corporis ⁊ ſanguinis vnigeniti filij tui dñi nr̄i ieſu xp̄i. Accedo inq̄ ſicut infirmus ad medicū vite. immundus ad fontē miſcdie. cecꝰ ad lumē claritatis eterne. Egenus ad dñm celi ⁊ terre. Nudus ad regē glorie. Ouis ad paſtorē. Figmentū ad ſuum creatorē. Deſolatꝰ ad piū cōſolatorē. Reus ad dei ⁊ hominū mediatorē. Miſer ad miſericordē. Criminoſus ad indulgentie largitorē. Mortuus ad viuificatorē. Impius ad iuſtificatorē. Induratus ad grē infuſorē. Rogans immēſe maieſtatis tue abundantiā: quatinꝰ meā dignerꝫ ſanare infirmitatē. Lauare feditatē. Illuminare cecitatē. Ditare pauptatem. Veſtire nuditatē. Reducere erroneū. Cōſolari deſolatū. Reconciliare reū. Dare miſcdiaꝫ miſero. Indulgētiā criminoſo. Vitā mortuo. Juſtificationē impio. Unctionē grē indurato. vt te panē angeloꝝ regē regū. dñm dñantiū tractare ⁊ ſuſcipe merear ea corpis caſtitate: ⁊ animi puritate. ea cordis cōtritiōe ⁊ lachrimaꝝ fonte. ea leticia ſpūali ⁊ celeſti gaudio eo timore ⁊ tremore: ea reuerētia ⁊ honore ea fide ⁊ humilitate. eo ꝓpoſito et amore. ea deuotiōe ⁊ grarū actiōeq̄bus oportet ⁊ decet ⁊ aīe mee expedit. ita vt placide et benigne ſacrificiū ſuſcipias de manibꝰ meis ad ſalutē meā ⁊ oīm fideliū. tā viuorum q̄ꝫ mortuorum Amē.

¶ Itē alia ꝺ eodē.

Ne iraſcaris q̄ſo dñe. ne

iraſcaris q̈ ego immūd⁹ im-
mūdo corde. ac pollutus pol
luta mente ad ſacroſanctum
corpus p̄cioſum q̧ ſanguinē
tuū accedere p̄ſumo. Recor-
dare obſecro q2 mulierē ſan-
guinis fluxū pacientē a tactu
fimbrie veſtimēti tui nō pro-
hibuiſti. Illam quoq̧ pec-
catricē flentē ac penitentem
a ſanctoꝝ pedum tuoꝝ oſcu
lo non proieciſti. ita ꝛ me mi
ſerū pro innumeris ſcelerib⁹
meis a cōmunione tanti my
ſterij non repellas velut indi
gnū. ſed concede mihi cordis
cōpunctionē et fontē lachri-
marū ablueṅda peccata mea.
et ſcelera ac delicta. vt mūdo
corde et pura cōſcientia ad
remediū aīe mee. et ad remiſ
ſionē oīm peccatoꝝ meorum
ꝓmerendā et ad vitā eternā
cū ſanctis tuis feliciter poſſi
dendā. merear accipe corpus
et ſanguinē tuū. et ſpū ſācto
tuo repleri. et diuinis affecti
bus ſemꝑ īſtaurari. O amā
tiſſime ꝛ mitiſſime de⁹. Da
mihi q̄ſo corporis ꝛ ſangui-
nis tui nō ſolū ſuſcipe ſacrm̄
ſed etiā virtutē ſacramēti. ita
vt hec ſacramēta celeſtia effi-
ciātur mihi ſalus ꝛ vita. Da
mihi ita de te ſatiari ꝛ inebria
ri. vt nihil p̄ter te ſitiā ineter
nū. Preſta mihi ſic ſuſcipere
corpus tuū qd̄ de virgie tra
xiſti. vt corpori tuo myſtico
merear incorporari. et iter ei⁹
mēbra cōnumerari. Conce
de mihi temetip̄m quē nunc
quidē velatū ſuſcipere propo
no. Reuelata tandē facie cō-
tēplari. Saluator mūdi qui
cū patre et ſpū ſancto viuis
et regnas de⁹. ꝑ oīa ſe. ſe. am̄.

## Item oratio poſt ſanctam cōmunionem.

Ineffabilem miſericordi
am tuā dn̄e ieſu xp̄e humili
ter exoro. vt hoc ſacramentū
corporis et ſanguinis tui qd̄
ſuſcepi idignus ſit mihi pur
gatio ſceleꝝ. ſit fortitudo fra-
giliū. ſit cōtra mūdi pericla
firmamentū. ſit impetratō ve
nie. ſit ſtabilimētū gratie. ſit
medicina vite. ſit memoria
paſſionis tue. ſit cōtra debili
tatē fomitis. ſit viaticū pere
grinationis. Euntē me con-
ducat. Errantē me reducat.
Reuertentē me ſuſcipiat. ti-
tubantē me teneat. cadētem
me erigat. et ꝑſeuerantē i glo
riā itroducat. O altiſſie de⁹

beatiſſima pſentia corporis ⁊ ſanguinis tui ſic immutet palatū cordis mei. vt preter nullā vnq̄ ſentiat dulcedinē nullā amet pulcritudinē. nullum querat illicitū amorem: nullā deſideret cōſolationē. nullā admittat vnq̄ delectationē. nullū curet honorē. nullā timeat crudelitatē. Qui vivis et regnas deus per om.

¶ Sequitur oratio ſancti Ambroſij de paſſione dn̄i. quā Anaſtaſius papa primus cōfirmavit. dans ſingulis eā dicentibus quingētos dies indulgentiarum.

Domine ieſu chriſte filii dei viui creator ⁊ reſuſcitator generis humani. Gratias tibi referimus, licet indignas. ſed vtinā deuotas ⁊ tibi gratas. q2 pro nobis miſerrimis de celo deſcendiſti. et ex beatiſſima virgine maria carnē aſſumpſiſti. de ipſa quoq3 naſci voluiſti. Pānis fuiſti inuolutus. in pſepio poſitus. vberibus lactatus. carne circūciſus. magis manifeſtatus, et ab ipis adoratus. in tē plo pſentatus. in egypto relegatus. ad patriam reuerſus. parentibus ſubditus. a iohāne baptizatus. ieiunio quadrageno attēuatus. tēra demone tēptatus. itineribus fatigatus. vigiliis fame et ſiti macceratus. predicando laſſatus. compatiendo lachrimatus. a iudeis reprobatus. ſepius ab eiſdem iniuriatus. inſtante vero paſſione tua voluiſti cōtriſtari ⁊ meſtus eſſe vt verus homo pauere ſimul et tedere. poſitis genibus orando ter in faciem procidere factus. in agonia guttas emittere ſāguinis pro ſudore. A iuda deniq3 fuiſti traditus. et ab ipſo fraudulēter oſculatus. ab impijs iudeis cū impetu cōprehenſus vinculis quaſi latro ligatus. ſolus prefecto derelictus. diſcipulis metu fugientibus. Ad pontificē annam adductus. ibidem alapa percuſſus. miſſus ab ipſo ad cayphan vinctus. et ibidem multipliciter deriſus ⁊ In conſilio iudeorū ſtatutus. per falſos teſtes accuſatus. morte turpiſſima cōdēnatus. ſputis facie contaminatus. opprobrijs laceſſitus. cōtumelijs affectus. colaphis ceſus palmis iterū pcuſſus. multis